



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum prophetæ videant in speculo æternitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sapientia se  
transfert in animam dupliciter. Vno modo vt ip-  
samet Dei sapientia animam inhabitet, & sic ho-  
minem sanctum facit, & Dei amicum. Alio modo  
solum quantum ad effectum, & sic oportet quod  
sanctum faciat vel Dei amicum, & sic transfert se  
in mentem maiorem quos prophetas constituit.

AD II. dicendum, quod quamuis prophetia sit spi-  
ritus sancti donum, non tamen cum dono prophe-  
tiae spiritus sanctus datur, sed solummodo cum do-  
no charitatis datur. unde ratio non sequitur.

AD III. dicendum, quod prophetia non conti-  
git male vti, ita quod ipse prophetiae actus, inquan-  
tum a prophetia egreditur, sit malus. Cum enim  
aliquis prophetiae actum ad aliquid malum ordi-  
nat, tunc quidem ipse prophetiae actus bonus est  
& a spiritu sancto: sed ordinatio illius actus ad finem  
indebitum non est a spiritu sancto, sed a perversa  
hominis voluntate.

AD IIII. dicendum, quod intentio philo. est dicere,  
quod ea quae diuinitus dantur, ex uoluntate dato-  
ris dependent, quae non potest esse irrationabilis: vnde  
si scientia futurorum quae est somnium a Deo immit-  
teretur, apparet in ista immixtione aliqua discre-  
tio. Nunc autem non apparet, cum in quibuslibet ta-  
lis diuinitus fiat, per quod ostenditur diuinationem  
somniaiorum esse a natura. In dono autem prophetiae  
inuenimus discretionem: quia non omnibus datur est  
qui sic vel sic dispositi sunt: sed illis solum, quos diu-  
ina voluntas elegerit. Qui tamen simpliciter non  
sunt boni vel optimi quantum ad seipsos, sunt tamen  
boni vel optimi quantum ad hoc, quod per  
eos prophetiae officium exerceatur, secundum quod  
competere iudicat sapientia diuina.

AD V. dicendum, quod in hoc Deus optimus  
ostenditur, quod non solum bonis, sed etiam malis  
nouit bene vti. unde nihil summam bonitati de-  
rogatur, si per malos prophetas bonum prophetiae  
officium administrari facit.

AD VI. dicendum, quod non quicumque bonus  
est magis aptus ad prophetiam habendam quam qui  
bet peccator, cum aliqui charitate carentes magis  
habeant aptas mentes ad spiritalia percipienda, vt  
pote a carnalibus & terrenis vacantes, & naturali  
intellectus praediti claritate, quibusdam e contrario  
charitatem habentibus terrenis negotijs implicitis,  
& carnali dantibus operam generationi, nec intelle-  
ctui habentibus naturaliter perspicacem. Et ideo quan-  
doque propter has similes condiciones datur pro-  
phetiae donum aliquibus malis, quod denegatur  
aliquibus bonis.

AD VII. dicendum, quod per gratiam prophe-  
tiae eleuatur natura homini, non ad gloriam ha-  
bendam directe, sed ad utilitatem aliorum: in bo-  
nis autem est natura magis eleuata per gratiam gra-  
tiam facientem ad gloriam obtinendam. unde ratio  
non sequitur.

ARTICVLVS. VI.

Utrum prophetae uideant in speculo eternitatis.

SEXTO quæritur, utrum prophetae uideant in spe-  
culo eternitatis. Et uidentur quod sic, quia l. 38.  
super illud. Dispone domui tuae, dicitur gl. prophetae  
in libro ipso praescientiae Dei, ubi omnia scripta  
sunt, leguntur: sed liber praescientiae Dei nihil aliud  
esse ut quam eternitatis speculum, in quo ab aeter-  
no omnes formae rerum resplendent. ergo prophe-  
tae uident in speculo eternitatis. Sed diceretur, quod  
prophetae dicuntur in lib. Praescientiae legere aut in  
speculo eternitatis, non materialiter quasi ipsum

speculum aut librum uideant, sed causaliter: quia  
ex libro illo vel speculo prophetiae cognitio deriuatur.  
¶ 2 Sed contra, per hoc quod prophetae dicuntur  
uideri in speculo eternitatis, aut legere in libro di-  
uinae praescientiae, attribuitur quaedam praescientiae  
cognitio ipsi prophetis: sed hoc quod est aliqua  
cognitio deriuari a speculo aeterno vel libro di-  
uinae praescientiae, non designatur aliquod cognitio-  
nis praescientiae, cum omnis humana cognitio in-  
de deriuatur, ut patet per Dion. 7. c. de Diu. nom. et  
ergo non dicuntur prophetae uideri in speculo aeter-  
nitatis quasi ex ipso uidentes, sed quasi in ipso ui-  
sua intueantur.

¶ 3 Prae. Nihil potest uideri, nisi ubi est: sed futura con-  
tingentia non sunt secundum immobilem uerita-  
tem, prout a prophetis uidentur nisi in ipsa praescientia  
diuina. ergo prophetae in ipsa solum praescientia Dei  
uidentur: & sic idem quod prius. Sed dicendum, quod  
futura contingentia sunt quaedam primordiale in  
diuina praescientia: sed exinde deriuatur per qualem  
speciem ad mentem humanam ubi a propheta uidentur.

¶ 4 Sed contra, quicquid recipit in aliquo est in eo  
per modum recipientis, & non per modum subiecti: sed  
mens prophetae mutabilis est. ergo non possunt in  
ea futura contingentia immobiliter recipi.

¶ 5 Prae. Illud quod est proprium diuinae cognitioni, non  
potest nisi in Deo cognosci: sed futura cognoscere est  
proprium Dei, ut patet l. 4. c. 1. a unitate quaeritur,  
& dicemus quod diuinitus uos, ergo non possunt a pro-  
phetis futura contingentia uideri, nisi in ipso Deo.

¶ 6 Prae. Auic. dicit, quod quandoque tunc eleuatur mens  
hominis, quod coniungitur speculo praescientiae:  
sed maxima eleuatio mentis humanae est cum cog-  
nitione prophetiae, ergo uidentur quod coniunguntur  
speculo praescientiae, ita quod futura in ipsa Dei  
praescientia uideantur.

¶ 7 Prae. Finis humanae uitae est, ut Philosophi tra-  
dunt, ut homo in mentem coniungatur speculo alio-  
ri, quod est speculum intelligibilem substantiam  
sed inconueniens esset, nisi homo ad finem suum  
perueniret. ergo homo quandoque perueniet ad  
hoc, quod coniungatur mente substantiam intelli-  
gibilem, quantum supra est diuina essentia: quae  
omnia relucet. ergo propheta qui inter omnes  
maxime habet mentem eleuatam ad hoc peruenit,  
ut mente coniungatur essentiae diuinae, quae uidentur  
esse speculum aeternitatis. Et sic idem quod prius.

¶ 8 Prae. Si sint duo specula quorum unum sit in-  
ferius & alterum superius, & a speculo superiori  
resulentur similitudines in inferiori, ille qui in in-  
feriori speculo uidet species, non potest in superiori uide-  
dere, quamuis eius uisio quodammodo a speculo  
superiori deriuatur: sed a mente diuina resplendet  
rerum futurarum species in mente prophetiae: sicut  
a speculo superiori in speculum inferius. ergo et  
hoc quod propheta intuetur in sua mente species  
receptas a mente diuina, non debet dici uideri in  
mente diuina, sed in propria mente: sed mens pro-  
pria non est speculum aeternitatis, sed temporalis. ergo si  
prophetae non uiderent, nisi in mente propria, ut prius  
dictum est, non dicerentur uideri in speculo aeterni-  
tatis, sed in temporalis, quamuis ab aeterno deriuatur.

Sed diceretur, quod aliquis dicitur uideri non solum  
in re illuminata per solem, sed etiam in sole ipso,  
in quantum per illuminationem solis uidetur.

¶ 9 Sed contra est, quod in sole non resplendent  
uisibilium rationes, quod uidetur ad ratio-  
nem speculi pertinere. ergo uidetur, quod uidetur  
in sole non sic dicitur, sicut uidetur in speculo.

¶ 10 Prae.

3. q. 7. a. 3  
Gl. ordinar.  
ibi ex Gre.

**¶ 10** Præ. Visio qua ut Deus, ut est obiectum beatitudinis, est dignior, quam illa qua ut species rerum, quia illa facit beatum, ista non: sed ad videndum Deum, ut est beatitudinis obiectum, homo existens in statu visio potest elevari maiori elevatione, quam si mens abstractus omnino a sensibus, ut est in raptu, ergo minori elevatione est sine raptu potest elevari mens propheta ad videndum essentiam divinam, ut est species rerum, & sic propheta potest videre in speculo aternitatis.

**¶ 11** Præ. Plus distat essentia divina, prout in se consideratur, & prout est similitudo alterius rei, quam prout est similitudo alterius & unius rei: quia plus distat Deus a creatura, quam una creatura ab alia: sed aliquis potest videre Deum, ut est species unius creaturae, sine hoc quod videat Deum, ut est species alterius, alias oporteret quod omnes videntes Deum omnia cognoscerent, ergo aliquis potest videre eum, ut est species quarundam rerum sine hoc quod videat essentiam eius in ipsa, ergo qui non vident Deum per essentiam, possunt videre in speculo aternitatis, quod maxime ut prophetis competere.

**¶ 12** Præ. Aug. dicit 6. de Tri. quod quorundam mentes ita elevantur, ut in ipsa suprema rerum arce incommutabiles rationes inspiciant: sed prophetarum mentes videntur maxime elevari, ergo ut species quae prophetae videntur, in ipsa rerum arce inspiciant, in divina essentia, & sic idem quod prius.

**¶ 13** Præ. Iudicium non potest esse de aliquo, nisi per id quod est eo superius, ut patet per Aug. in li. de Vera relig. sed ea de quibus prophetae iudicant, sunt rerum immortales veritates, ergo non potest esse, quod de eis iudicent per aliquod temporale & mortale, sed per immortale, quod est ipse Deus, & sic idem quod prius.

**SED CONTRA**, est quod Lu. 10. super illud, Multi reges & prophetae, dicit glo. prophetae & iusti longe gloriam Dei videntur per speculum in enigmate, sed quod videtur in ipsa aeterna scientia Dei, non videtur in enigmate, ergo prophetae non videntur in ipsa praesentia divina, quae speculum aternitatis appellant.

**¶ 14** Præ. Greg. dicit super Ezech. in 2. Homil. secundum de parisi. Quamdiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, ut in ipso incircumscripso luminis radio mentis oculos infingat. Neque enim omnipotens Deus iam in sua claritate conspicitur, sed quiddam ab illo speculari anima, unde reflecta proficiat & post ad usum eius gloriam pertingat. Sic namque ista prophetae tunc se vidisse Dominum fateretur dicens, Vidi Dominum sedentem & c. adiunxit, & ea quae sub ipso erant, & c. quia sicut dictum est, eum mens in contemplatione profecerit, non iam quod ipse est, sed quod sub ipso est contemplatur. Ex quo patet quod ista & alii prophetae non videntur in ipso speculo aeterno.

**¶ 15** Præ. Nullus malus potest in speculo aeterno videre, quia dicitur Isa. 27. secundum aliam litteram, Tollatur impius ne videat gloriam Dei: sed aliqui mali sunt prophetae, ergo prophetica visio non est in speculo aeterno.

**¶ 16** Præ. Prophetae de rebus, quas prophetice vident, habent distinctam cognitionem: sed speculum aeternum, cum sit penitus uniforme, non est efficace, ut in eo possit plurius rerum distincta cognitio accipi, ergo prophetica visio non est in speculo aeterno.

**¶ 17** Præ. Non ut aliquid in speculo quod est contemplatum visui, sed in speculo distante, sed speculum aternitatis est menti prophetae conjunctum, cum ipse Deus sit in omnibus per essentiam, ergo mens prophetae non potest in speculo aeterno videre.

**RESPON.** Dicendum, quod speculum proprie lo-

**A** quando non invenitur nisi in rebus materialibus: sed in rebus spiritualibus per quandam transumptionem de per similitudinem acceptam a speculo materiali, ut si in rebus spiritualibus dicatur esse speculum id, in quo alia representantur, sicut in speculo materiali apparent formae rerum visibilibus. Sic ergo dicunt quidam ipsam mentem divinam in qua omnes rerum rationes refulcent, esse speculum quoddam & dici aternitatis speculum ex hoc, quod est aeternum, quasi aternitatem habens. Dicunt igitur, quod istud speculum videri potest dupliciter. Vel per essentiam suam secundum quod est beatitudinis obiectum, & sic non videtur, nisi a beatis, vel simpliciter, vel secundum quid, sicut in raptu, vel prout in eo resultant rerum similitudines, & sic proprie videtur, ut speculum. Et hoc modo dicunt speculum aternitatis, visum ab angelis ante suam beatitudinem & a prophetis. Sed haec opinio non videtur rationalis propter duo. Primo, quia ipsae species rerum in mente divina resultantes non sunt aliud secundum rem ab ipsa essentia divina, sed huiusmodi species vel rationes distinguuntur in ipsa, secundum diversos eius respectus ad creaturas diversas. Cognoscere igitur divinam essentiam & species in ipsa resultantes, nihil est aliud quam cognoscere ipsam in se & relata ad aliud: prius est autem cognoscere aliquid in se, quam prout est ad aliud comparatum, unde visio, qua Deus videtur ut est in se essentia quaedam, secundum quod est obiectum beatitudinis, unde impossibile est quod aliquis videat Deum secundum quod est species rerum, & non videat eum secundum quod est beatitudinis obiectum. Secundo, quia species alicuius rei invenitur in alio dupliciter. Uno modo, sicut praexistens ante rem cuius est species. Alio modo, sicut a re ipsa resultans. Illud igitur in quo apparent species rerum ut praexistentes ad rem, non potest proprie speculum dici: sed magis exemplar. Illud autem speculum potest dici, in quo rerum similitudines a rebus ipsis resultant. Quia vero in Deo sunt species vel rationes rerum non resultantes a creaturis, nunquam invenit dictum a sanctis, quod Deus sit rerum speculum, sed magis quod ipsae res create sunt speculum Dei prout dicitur 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, & sic est filius dei esse speculum patris, prout a patre in ipso species divinitatis recipitur, secundum quod habetur Sap. 7. Speculum sine macula & c. Quod autem a magistris dei, prophetas in speculo aternitatis videre, non sic intelligendum est, quasi ipsum Deum aeternum videant prout est speculum rerum: sed quia aliquid creatum intuentur in quo ipsa aeternitas Dei representatur, ut sic speculum aternitatis intelligatur, non quod est aeternum, sed quod est aeternitatem representans. Ex hoc enim Deo competit futura certitudinaliter, ut presentia, cognoscere, ut Boetius dicit, quia eius intuitus aeternitate mensurat, quae est tota simul, unde eius aspectui subiacet omnia tempora, & quae in eis gerunt. In quantum igitur ab isto divino aspectu resultat in mente prophetae futurorum scientia plene prophetica, & per species, in quibus propheta videt, ipse species simul cum lumine prophetico speculum aternitatis dicunt, quia divinam intuitum representant, prout in aeternitate futurorum euentus presentia liter inspicit. Concedendum est ergo, quod prophetae in speculo aternitatis videtur, non ita quod speculum aeternum videant, ut obiectiones pro prima parte inducenda videbant ostendere, unde ad eas per ordinem respondendum est.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod prophetae in

de Cetero  
prosa 4. & al  
lina.

in libro præscientie dicuntur legere hac similitudine, quia ex ipso libro diuina præscientia efficitur rerum futurarum notitia in mente prophete: sicut ex lectione libri efficitur notitia rerum, que scribitur in libro in mente legentis, non autem quantum ad hanc similitudinem quod propheta ipsam Dei præscientiam videat, sicut legens in libro materiali videt librum materiale. Vel potest dici, quod sicut notitia, que fit in mente prophete, est speculum eternitatis æternitatem representans, ita potest dici liber præscientie quasi materialiter: quia in ea notitia Dei præscientia quantum ad aliquid describitur.

Ad i. dicendum, quod quamuis omnis cognitio a diuina præscientia deriuatur, non tamen omnis cognitio representat eam; ut ratione æternitatis etiam futura presentialiter intueatur. vñ non potest dici qualibet scientia speculum æternitatis, sed in hoc priuilegiata ostenditur cognitio prophetarum.

Ad ii. dicendum, quod rationes futurorum contingentium secundum immobilem veritatem originaliter sunt in mente diuina; sed exinde effluunt in mentem prophete, & sic in reuelatione accepta propheta futura immobiliter cognoscere potest.

Ad iii. dicendum, quod forma recepta sequitur modum recipientis quantum ad aliquid, prout habet esse in subiecto. Est. n. in eo materialiter, vel immaterialiter multipliciter vel uniformiter, secundum exigentiam subiecti recipientis. Sed quantum ad aliquid forma recepta trahit subiectum recipiens ad modum suum, prout s. nobilitates que sunt de ratione forme communicantur subiecto recipienti, sic. n. subiectum per formam perficitur & nobilitatur. Et hoc modo per gloriam immortalitati corpus corruptibile imortale efficitur, & similiter per irradiationem ab immobili veritate eleuat mens propheta ad hoc quod mobilia immobiliter uideat.

Ad v. dicendum, quod quia futurorum notitia Deo est propria, ideo non potest accipi nisi a Deo: tamen non oportet quod ipsum Deum uideat quicumque a Deo futura cognoscit.

Ad vi. dicendum, quod mens prophete secundum philosophum, speculo intelligentiarum siue præscientiarum coniungitur, non quod ipsas intelligentias uideat, sed quia ex ipsarum irradiatione, earum præscientie particeps fit.

Ad vii. dicendum, quod est secundum fidem, finis humana uita est, ut homo speculo altiori coniungatur, sed ad hunc finem pertingitur solus in patria, non in uia.

Ad viii. dicendum, quod speculum in quo uidet propheta quis sit typale, in est Dei, eterna præscientia representans, & secundum hoc in speculo æternitatis uidet.

Ad ix. dicendum, quod quamuis sol non possit dici speculum rerum uisibilitatum, tamen res uisibiles quodammodo possunt dici speculum solis, in quantum in eis claritas solis resurgit, & sic etiam notitia in mente effecta dicitur æternitatis speculum.

Ad x. dicendum, quod perfectior est uisio quam uisus Dei ut est species rerum, quam illa qua uisus, ut est beatitudinis obiectum: quia hæc illam præsupponit & eam perfectiorem esse ostendit. Perfectior enim uidet causam, qui in ea eius effectus inspicere potest, quam qui solam essentiam cause uidet.

Ad xi. dicendum, quod relatio qua Deus refertur ad unam creaturam, non præsupponit relationem, qua refertur ad alteram: sicut relatio qua refertur ad creaturam præsupponit ipsam rei essentiam absolute, & sic ratio non sequitur.

Ad xii. dicendum, quod uerbum aug. non est referendum ad uisionem prophetarum: sed ad uisionem

sanctorum in patria uel eorum qui in statu uigilantium secudum modum patrie, ut paulus in rapto.

Ad xiii. Dicendum, quod de immobili ueritate futurorum propheta iudicant per ueritatem increata, non quia eam uideant: sed quia ab ea illustrantur. Libres autem qui sunt in contrarium, concedimus, quantum ad hoc quod non uident ipsum Deum æternum, quoniam in speculo eternitatis uideant, ut dictum est. Duæ tamen ultimæ rationes non recte concluduntur: quoniam quis Deus sit omnino uniformis, in eo rerum cognitio distincte accipi potest, prout ipse est ratio unitatis iusque. Similiter quoniam speculum a materialibus ad spiritualia transferat, non tamen hæc translatio attendit secundum omnes conditiones speculi materialis, ut quilibet eorum in speculo spirituali oportet obseruare; sed solum secundum representationem.

ARTICULVS VII.

Utrum in reuelatione prophetica imprimantur diuinitate mente prophete noua rerum species uel solum intellectuale lumen.

SEPTIMO queritur, utrum in reuelatione prophetica imprimantur diuinitus in mentem prophetarum noue rerum species, uel solum intellectuale lumen. Et utrum quod solum lumen sine speciebus, quia uel habet in glo. 2. Cor. 13. sola uisione intellectuali, dicitur aliquid per prophetas: sed uisio intellectualis non est de rebus per rerum similitudines, sed per ipsas rerum essentias, ut ibidem dicitur, ergo in uisione prophetica nullæ species in mente prophete sunt.

¶ 1. Præ. Intellectus abstrahit a materia & materialibus conditionibus. si igitur in uisione intellectuali quæ facit prophetiam, sicut aliquæ similitudines, uel similitudines non erunt admixtæ materie uel conditionibus materialibus, ergo per eas propheta non poterit cognoscere particularia, sicut uisus salia, solum, quod est falsum.

¶ 2. Præ. Earum rerum de quibus fit prophetia reuelatio, habent prophetæ aliquas species in mente sua, sicut Hier. qui prophetabat combustionem Hierosolymæ; in anima sua habebat speciem ciuitatis illius a sensu acceptam, & similiter ignis comburentis quem frequenter uiderat. Si igitur alie species earundem rerum menti prophetæ diuinitus imprimantur, sequitur, quod sint duæ forme: cuiusmodi rationis in eodem subiecto, quod est inconueniens.

¶ 3. Præ. Uisio qua uidetur diuina essentia, est prior quam illa qua uidetur essentia diuina non sufficit ad accipiendam cognitionem de rebus, ubi uideantur, alias uidentur diuinam essentiam uiderent, ergo nec species quacumque menti prophetæ imprimantur, poterunt prophetiam dicere in rerum cognitionem.

¶ 4. Præ. Illud quod quis potest propria uirtute discernere, non oportet quod in propheta diuina operatione fiat: sed quilibet potest rerum quorumlibet in mente sua species formare per uirtutem imaginariam, quæ componit & diuidit imagines a rebus acceptas, ergo non oportet, quod aliquæ rerum species in anima prophetæ imprimantur.

¶ 5. Præ. Natura operatur breuiori uia qua potest multo magis Deus quod ordinatus operatur: sed breuior uia est, ut a speciebus, quæ in anima prophetæ sibi ducatur in rerum aliquale cognitionem, quam ex aliis speciebus de nouo impressis, ergo non ut quod aliquæ species de nouo imprimantur.

¶ 6. Præ. Dicitur gl. Hier. Amos 1. Prophetæ utrumque similitudinibus rerum in quibus conuerfari sunt, hoc autem non esset si eorum uisiones fierent per speculum.